

eur, illum una cum uxore sua tribusque filiis Semmo, Chammo ac Japheto, eorumdemque coniugibus, arcam illam, tanquam uitae salutisque portum tutissimum, intrauisse. Non est itaque pluribus demonstretur aequa, ac numeratur, quot eorum fuerint, qui ad arcam confugerunt. Numerandi laborem non defugeremus, quo non sine uoluptatis sensu perfuncturi essemus, nisi iamdudum eum occupasset Petrus, sauctiori disciplina instructissimus. Suis enim, quas scripsit, Epistolis, diuinae iustitiae gloriam vindicaturus, octo tantum animas coelesti praesidio, ex periculo aquarum, communisque fati faucibus creptas, mundoque couseruatas, mirabundus numerauit. Quibus igitur perspectis cognitisque, uix ille rationis beneficio ueteretur, qui Noachum, tres tantum filios ante diluuium habuisse, praefracte negare uellet, et Scripturae sacrae auctoritatem aspernari.

### §. V.

Atque cum hac ratione constare possit omnibus, quod Noachus non nisi tres filios ante diluuium habuerit, facile quoque erit, nec post terrarum cluviem plures genuisse, euidenter demonstrare. Quanta industriae contentionē Moses Patriarcharum familias consignauerit, ex communī singularique scribendi forma, quod *filios filiasque genuerint*, satis perspicueque paret. Testes sunt Adamus a) Sethus b) Enos c) Cenanus d) Mahaleel e) Jaredus f) Henochus g) Mathusalah b) ipse denique Lamechus Pater Noachi, quorum familias utroque prolis genere amplificateas solenni haec describendi formula sempiternae memoriae consecrauit, seraeque posteritati admirandas commendauit. Sed familiam liberosque Noachi descripturus

fine

---

a) Gen. V, 4. b) L.c.com.7. c) com.10. d) com.13. e) com.16.  
f) com.19. g) com.22. b) com.26. i) com.30.